



Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

trog principes, adhuc impietate gentili sorduerant. Oto-
to autem tertius filius Mestwoi, male erat Christianus,
& ideo à quodam Saxonum transfuga imperfectus est:
quæres multorum occasio fuit malorum, cùm is filium
haberet inter Saxones, qui in monasterio Luneborg, li-
teris instaret perdiscendis. Sed audita patris morte, &
literas & religionem abiciens, pessimam fecit in omni
wandalia Christianismi subversionem: quam rem
quia in wandalia explicuimus, indè requirat qui nō se
volet.

CAP V T XXXIX.

Per eadem quoquè tempora, Hermannus de choro
Halberstadii, ad archiepiscopatum Hamburgen-
sem peruenit. Is autem, non tam suo, quām suorum cu-
rialium nomine inclaruit. Habuit enim optimos, & de-
indè summos viros capellanos: Sindagerum, qui postea
ex Bambergensi episcopatu peruenit in Vrbe ad sum-
mum pontificatum: & Albertum, qui in hac ipsa Ham-
burgensi metropolica, cum magna gloria succeſſit Her-
manno. Sed sub eodem isto Conrado Imperatore ante
Albertum, peruenit ad archiepiscopatum Hamburgen-
sem Alebrandus, qui & Bezelinus, vir insigni prudentia
& religione singulari, & qui forenſes res omnino non
negigeret: Eius enim opera, & Brema et Hamburgum
vrbes communitæ sunt, quod in nostra Metropoli dixi-
mus. Conradus autem Imperator, cùm & verbenam oppi-
dum ad Alibim fluum, in solo & wandalico, iam Saxonie
coloniam, Luitici & wandalici vastissent, in eos duxit, &
represſit. Sed necdūm venerat tempus, ut ostium salutis
& fidei introirent. Imperator autem, iam omnia habens
& in circuitu pacata, Henricum filium, quo legitimæ
successionis certus haberetur, regem creat, & in pace
Christi

S

Christi



Christi requiescit, omnibus antè pro dignitate in Imperio constitutis: sepelitur q̄ in Spira, quam ipse ecclesiam illustravit. Libet intueri statum Imperij per ea tempora. Conradus filium declarauit regem: vbi erat interim potestas electorum? num illi in concilium erant aducandi? Poterant affuisse, sed non omnia scripta sunt quæ facta: Poterat electorum, non tum, ut modò, eximiū esse potestas. Marchio enim Brandenburgensis, illa tempestate pulsus à dāalis omni ditione, apud Magdeburgam de præbenda vicitabat. Vigebat apud Imperatores memoria Carolinorum & Ottonum, qui arbitratu sibi delegerant successores. In Romano autem Imperio veteri memoria, semper felicior fuit adoptio filiorum, quā generatio: Quocircà ad electiūam dignitatērū aliquandò peruenit, in qua persistit hodie: vt dignissimus quisq; Imperio, & rebus gerendis maximè idoneus assumatur.

CAPVT X.L.

HEnricus eius nominis III. Conradi filius, patr succedit in omni sua ditione. Miror plurimos eius atatis scriptores, Henricum, non Conradi filium, sed genерum contendere fuisse: ordiuntur q̄ longam fabulan de Lupoldo quodam duce, quem Conradus Imperator proscripterit, isq; in nemore abuius sibi habitationē cum coniuge delegerit, profundis saltibus: Post multa tempora eō venantem Conradum Imperatorem, cùm aberasset, peruenisse, & filium, tum Lupoldum genitum, cùm ibi Conradus pernoctaret, de quo, quod magni futurus esset, cùm à vatibus & futurorum coniectoribus audisset, cùm Lupoldum non agnosceret, exponi iussisse: peruenisse tamē iuuenem, mira seruatū fortuna, cùm adoleuisset, in regiā, & miranda perplexitate eō prouectū, yt regis filia mereretur cōjugem, et in omni ditione succedit.

cedere
author
Conra
gē filia
rimorū
Henric
accipim
nēsis co
Rodulp
cie ipse
regi reb
sibi iust
igitur i
qua Tu
furori.
rio, adu
cum mu
Campan

V
in eum r
ingredie
cōmoda
rant: Ha
debātur
pernicio
iā cauti
stā fudit
dare, ips
nē facer
nonē qu